

*Epistola Dedicatoria.*

minem obligare, sine quibus nec Societas Civilis, nec Commercia inter diversas Civitates consistere possunt. Sublata autem obligationis vi, quam dictamina hæc Rationis à Deo accipiunt, mirum non erit si Hobbius nullam aliam asserere poterit causam obligationis, quæ sufficiat ad coerendam quidlibet agendi licentiam. Omnis enim Auctoritas Civilis minor est Divina illa Legum Naturalium, & indiget Auctoritate Legum Naturæ ad actus externos obligante, ut licitè fundari, & ut facta tecta conservari possit. Porro illi non est visum satis Civitatum, Legumque fundamenta evertere, nisi Leges omnes postquam scriptæ fuerint, in cujuslibet flagitii favorem flexiles fecerit ex arbitrio sui Leviathanis. Ideoque ut nullus relinquatur Jurisconsultis locus, Armatum introducit Legum Interpretem, qui omnes Legum nodos

dos